



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

I. Anathemate condemnantur ecclesiasticorum iurium & regni
perturbatores, periuri, calumniatores, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

- XXIX. *Ne quid exigatur pro sepultura vel aliquo sacramento conferendo.*
- XXX. *Quod iudices non impediāt bonum pacis inter partes, ubi causa recipiat compositionem ad suggestionem praecoris.*
- XXXI. *Quod iudex non iudicet aliquem ad purgationem, ad suggestionem praecoris tantum, ut sit iudex & actor.*
- XXXII. *De habitu clericorum.*
- XXXIII. *Ne clerici comam nutriant.*
- XXXIV. *Quod clerici non teneant publice concubinas.*
- XXXV. *Qualis poena est instigenda concubinis clericorum.*
- XXXVI. *Quod clerici vel praelati non vendant vel impignorent ecclesiam suam consanguineis eorum.*
- XXXVII. *Quod fructus ecclesie in laico feudo non reponantur, nec de eis adificia fiant.*
- XXXVIII. *Quod religiosi possessionati, quolibet anno admoneantur, ut reddant computum.*
- XXXIX. *Quod religiosi nil recipiant pro ingressu alicuius inter eos, nisi pro vestitura dumtaxat.*
- XL. *Quando & qualiter ecclesia possunt dimitti ad firmam.*
- XLI. *Quod nulli aliquid in ecclesia ratione beneficii assignetur.*
- XLII. *Poena aduocatorum qui matrimonium protrahūt malitiose.*
- XLIII. *De ordinatione religiosorum, & qui possunt recipi in monachos.*
- XLIV. *De familiaribus monialiu, & de silentio religiosorum, & de licentia exeundi.*
- XLV. *Ne monachi vel moniales per se comedant.*
- XLVI. *Quod moniales simul in monasterio habitent, & de confessione earum.*
- XLVII. *Quod religiosi non condant testamenta, nec liceat monachos monasteria habere ad firmam.*
- XLVIII. *Quod religiosi non bibant ultra horas debitas.*
- XLIX. *Quod monachi & regulares in monasterio habeant seniores, & de sententiis publicandis.*

CAPITVLA.

I.

Ecclesiasticorum iniuriam turbatores.

AVCTORITATE Dei Patris, & beatæ Virginis, & omnium sanctorum, & præsentis Concilii, excommunicamus omnes illos qui malitiose ecclesias suo iure priuare præsumunt, aut per malitiam & contra iustitiam libertates earumdem infringere vel perturbare contendunt.

Seditiosi.

Item omnes illos excommunicationis sententia innodamus, qui pacem & tranquillitatem domini regis & regni iniuriose perturbare præsumunt,

ANNO
CHRISTI
1112.

& qui iura domini regis detinere contendunt.

Adiicimus autem omnes illos simili sententia Periurii.
inuolutos, qui scienter & prudenter falsum perhibent testimonium, vel perhiberi procurant, vel etiam tales testes scienter producunt, vel subornant in causa matrimoniali, vbi scilicet agitur contra misericordiam, vel etiam vbi agitur ad alicuius exheredationem.

Aduocatos quoque excommunicamus omnes Caullatores.
qui in causis matrimonialibus malitiose oppositiones opponunt, vel opponi procurant, ne matrimonia vera debitum fortiantur effectum, vel vt contra iustitiam processus causæ diutius suspendantur.

Item excommunicamus omnes illos qui Calumniatores.
gratia lucri, odii vel fauoris, vel aliter malitiose crimen imponunt, vel opponunt alicui, cum infamatus non sit apud bonos & graues, vt sic saltem ei purgatio indicatur, vel alio modo grauetur.

Præterea omnes illos sententia excommunicationis innodamus, qui vacante ecclesia malitiose Caullatores.
opponunt vel procurant opponi patronatus quæstionem, vt sit vnde patronum illius ecclesiæ collatione saltem illa vice defraudent.

Excommunicamus etiam omnes illos qui Suppressores.
gratia lucri, odii vel fauoris, vel alias malitiose contemnunt exequi domini regis mandatum contra excommunicatos, qui claues ecclesiæ contemnunt.

II.

Statuimus etiam auctoritate præsentis Concilii, vt prælati singuli elemosynarios honestos habeant,